

LOCI  
ARGVMENT-  
TORVM LE-  
GALES,

Authore D. NICOLAO EVERARDO à Mi-  
delburgo, I.C. magnique Senatus Bel-  
gici apud Mechliniam  
Præside:

Nunc recens recogniti, ac Summarijs illustrati.  
ACCESSIT RERVM ET VERBORVM  
INDEX locupletissimus.

*Esta conforme al  
expurgatorio de 1717  
por commission  
del S. Officio.  
Hos  
Thomas Alf*

I N C U B I T O



ET FORTVNA.

LUGDVNI,  
APVD GVLIEL. ROVILLI  
SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXXIII.

*de la biblioteca  
Num. 47. cap. 8. num. 1.*

*Coll. Soc. Ins v Salm. ex dono R. Egger*



NICOLAUS EVE-

RARDVS STUDIOSO

LECTORI. S. D.



**I**DIDIMVS, studiosè lector, aliquot ab hinc  
 annis (tametsi tumultuario quodam studio) loco-  
 ni legatium centuriam vnã, quod nimirum clarissi-  
 me perspiceremus, quum aliarum artium ac di-  
 sciplinarum studiosos homines, tum verò præci-  
 pue eos, qui se vel Cæsareis vel Pontificijs legibus addixerunt,  
 si argumentandi destituantur peritia, aut plane nullo, aut mini-  
 mo certè cum fructu torqueri: At rursus nihil vsquam tam in-  
 uoluntum aut intricatum occurrere posse, quod non paruulo sta-  
 tim negotio expediat explicetque is, qui argumentorum ratio-  
 nem pulchrè calleat. Eam nos pridem Centuriam longissimū  
 post interuallum quum fortè in manus resumeremus, nactique  
 nobis ocij plusculum videremus, in communem utilitatem re-  
 cognouimus: atque (vt fieri solet) nonnulla mutauimus, rese-  
 cuimus quædam, quædam item adiecimus. Itaque nunc ad  
 priorem editionem illam legales loci accessere permultis: idque  
 præter illa, quæ passim obiter intertexuimus: quæ tamen ipsa  
 neque pauca sanè, neque, etiam fortassis infrugifera ac peeni-  
 tenda esse, quicumque legerit, experietur. Quod quidem no-  
 lim arroganter aliquis à nobis dictum existimet: quivsq; a-  
 deo nihil nobis ipsis præquoque sumimus,

vt nostra omnia omnium libenter

iudicijs supponamus. Vale,

& nostro conatui

faue.

PRÆAMBULA

D. NICOLAE VERAR-

DI, MAGNI SENATVS

BELGICI PRÆSIDIS, IN

locis argumentorum

legales.

SVMMARIA IN PRÆAMBULA

seu præfationem.

- 1 Loci appellantur sedeci quædam è quibus in rem quamvis confirmandam vel refellendam necessaria probabilia ducuntur argumenta.
- 2 Argumentum est quicquid quocunque modo rei dubiæ de qua disputatur, fidem facit.
- 3 Arguendo & disputando veritas inuenitur.
- 4 Textus legis vel canonis est locupletissimus testis.
- 5 Textus legum & canonum aliquando allegantur in argumentum, aliquando autem simpliciter.
- 6 Virtus legis consistit in inductione, adaptationis, seu applicatione.
- 7 Argumento cognoscitur quod liquido constare non potest.
- 8 In incertis, non in certis locus est coniecturis. Iudicia probabilia, & præsumptiones violentiæ in quibus suffiunt.
- 9 Singularitas in testibus quando toleratur, neque vitiat eorum testimonium, & quando non.
- 10 Argumentationis quatuor sunt speciei, scilicet syllogismus, euhymena, inductio, & exemplum, & quæ sint earum definitiones.
- 11 Eibellus procedit omissio medio, quando aliàs subauditur & præsumitur à iure, & est quasi quidam syllogismus.
- 12 Inductio quid: & quis eius vsus.
- 13 Iuriconsultus querit de iusto & iniusto.

- 1 Ordinis vis tum in discendo, tum in docendo.
- 2 Loci ab ordine argumentum frequens in libellis, iudicijs, contractibus & ultimis voluntatibus.
- 3 Ordine verborum non attento, talis ordo presumitur, qualis esse debet 4.
- 4 Libellus in quo peto rem, vel estimationem sustinetur.
- 5 Copula &, quandoq; inducit ordinem, & non coniungit contra eius propriam naturam.
- 6 Ordinis neglectus, seu preposteratio vitiat actum, & reddit eum nullum quando datus est pro forma.
- 7 Ordo eorum que in lege, vel canone, aut dispositione alicuius inter vivos, vel in ultima voluntate ponuntur, ponderandus est, quando ex ordine presumitur & colligitur mens & voluntas disponentis. quod tamen cum limitatione est accipiendum. 8.  
Consuetudo patrisfamilias testantis, contrahentis, aut aliter disponentis prius inspicienda est, quam consuetudo regionis. 3
- 9 Ponderandus & seruandus est ordo, vbi qualitas est causa exaggerande executionis: nam tunc ante sententiam debet constare de qualitate, nec sufficeret de ea constare postea.
- 10 Ordinis omisio vel preposteratio vitiat actum, quando ordo est substantialis, etiam si interueniat consensus partium.
- 11 Ordo non curatur vbi constat de intentione legislatoris, vel alterius disponentis.
- 12 Filius cui in dubio potius teneatur obedire, patri an patrie?
- 13 Prerogatiua arguitur ex ordine. fallit nu. 15.
- 14 In Capitaneo deligendo quid attendendum.



I

1 **A** C PRINCIPIO quidem locum ab ordine tractabimus, à quo potissimum auspiciari libuit, quòd ordo plurimum habeat momenti, tum in discendo, tum in docendo, tum in proferendo, tum in coniecturando, tum in praelatione, tum in exequendo, tum in similibus. & hinc non sine causa Paulus Apostolus primæ